



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Barones.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

occupantes ea, quæ sunt locorum piorum, videto, quid veniat appellatione eorum, utrum bona mobilia, immobilia, actiones, & nomina debitorum, & res omnes. Covar. inc. *relatum, il secundo, de testam.* & Abb. *ibi. n. 2. Oldrad. consi. 219. gl. in c. fi. in ver. iure, de reb. Eccles. non alien. l. 9.* Guid. Pap. *q. 584. § 441. n. 2.* quæ deserviunt pro intellectu ipsius c. vide Vinc. Franc. *decis. 93. § 101. n. 21. § 31. Bart. in l. uxori mea, ff. de usufr. lag. § in leg. Quintus, §. argento, columna secunda, ff. de aur. § argen. leg. Bald. in l. 2. ff. de stat. hom. § in l. si. §. ff. solut. mari. & ibi Imola, 2.* Quæ bona dicantur de mensa Episcopi, vel capituli, vide Abb. *in c. ne super, n. 9. 12. § 13. de reb. Eccl. non alien. Card. in consi. 112. in princ. § con. 34. Calder. consi. 2. de feud. & Cap. Tolos. q. 305.* dicit quod pecunia exigenda, non venit appellatione mobilium, & immobilium, & ita fuit decisum in facto, licet citet Bart. *in l. potest, de auctor. tut. § in l. moventium, de verb. signifi. & addit. ibi dicit, quod appellatione bonorum mobilium, non veniunt jura & nomina debitorum.*

## B A R O N E S.

**P**rimò, Baro, & prælatus potest uti vasallis, pro suis servitiis, modò solvat eis pro servitiis præstitis justum pretium, Abb. *in c. consensus, n. 2. de reb. Eccles. non alien. D. Anton. 3. par. tit. 3. c. 4. §. 4. Navar. c. 25, n. 7. notab. 17.* & non debet uti taxa pretii præfixi in pragmatice antiqua in hoc regno Neap. quia mutatis temporibus mutantur & leges, ut dicam *in ver. emptio.* & ita communiter

observatur à Baronibus piæ mentis: & ita tenet quidam modernus scriptor. Secundò, si Barones non egerent servitiis vasallorum, & vellent eorum servitia locare aliis, non possent sine peccato mortali, etiamsi super majorem utilitatem offerent eis, quia alicui invito non conferretur beneficium, Navar. *loc. cit.* nec possunt uti servitiis vasallorum diebus festis per duas horas, vel circiter, Sot. *l. 7. q. 2. art. 1. de iust. § iure.*

Secundò, Baro potest vendere servitia vasallorum, quando esset in magna necessitate, D. Ant. *loc. cit.* & ab eis etiã exigere nova tributa aliqua, stante publica necessitate, & si ad eam sublevandam non sufficerent sui redditus. Navar. *loc. cit. notab. 16.* ut pro Rege, vel pro maritandis filiabus, *arg. c. cum secundum Apostolum, de præb. § cap. 1. 13. q. 2.*

Tertiò, Barones non possunt condere molendinum in suis oppidis, & cogere suos vasallos omnes ut eant ad molendinum illud, cum hoc sit initium tyrannidis, Boer. *decis. 125.*

Quartò, non potest facere tabernam, & cogere, ut omnes transeuntes eant ad hospitandum ad illam, prohibens omnibus suis vasallis, ne hospitio excipiant domi quempiam, nec consanguineum, *capitulo significante, de appellat. & Abb. num. 1. & Phil. Francif. Boer. dec. cit. nisi habeat privilegium à Rege, vel præscripserit hoc sibi permissentibus subditis, alias dicta præscriptio non valeret. Idem Anton. Niger in c. gravamina Caroli I. c. 33. numero 52. § infra, & in multis locis est consuetudo, ut vasalli non possint vendere frumenta, hordeum, & vinum,*

vinum, nisi prius vendantur illa Baronis, neque coquere panem, nisi in forno Baronis: ita habet Archiepiscopus Comzanus in terra sancti Mennæ, nec macellare carnes, nisi in marcello Baronis, & ita habet Episcopus Minorensis, imò ipse solus habet apothecas, seu officinas, & quòd non possit vendi ad minuta in pondere, & hoc ex antiqua consuetudine, & præscriptione, cujus non extat memoria in contrarium. vide Afflict. *in consil. Magistris, & procuratoribus, notab. 2.*

Quintò, Barones an possint vendere officia Capitaneorum, & officialium, quos ponunt pro administranda justitia in suis terris, vide Navar. *loc. cit. nota. 19. Sot. lib. 3. q. 6. art. 4. ad primum argum. Sylvest. in ver. restitu. 3. §. 5. n. 4. & ver. dominum, n. 5. §. 2.* Vide Bull. Pii V. 145. *que incipit, Et si Romani, & aliam 150. que incipit, cum nuper,* ubi agit contra procurantes officia, & dignitates pretio, vel alio, &c. & Navar. *consil. 2. de empte. & vend. tenet, quòd emens officia, vel jurisdictiones, peccat mortaliter, nisi emat à Principe non recognolcente superiorem, vel de licentia ipsius, vel consuetudine, vel aliàs: tamen hodie passim videmus illa vendi, licet magna cum jactura justitiæ, & vitorum bonorum.*

Sextò, Barones debent cedere locum Episcopis tam in Ecclesia quàm extra, ut par est, Conc. Trident. *sess. 35. cap. 17. de reform.*

Septimò, Baro si habet Burgensatica in territorio suæ Baronis, eorum respectu contribuere tenetur in oneribus universitatis, ut bona tenens, non ut civis, Vinc. de Franc. *decis. 197. n. 19.*

Octavò, Barones in quib usdem terris ex antiqua consuetudine imponunt talias certas, & absque peccato exigere possunt, si non sunt immoderatae. idem *decis. 56. n. 13.* nec obstat Bulla cœnæ Domini, quia loquitur de potestate ad id non habentibus.

## BLADUM.

**A**N bladi, tritici, vel frumenti appellatione veniant omnia legumina, vel omne quod in terra, vel in agro conteritur, vide *l. triticum, de verb. oblig. & l. frugem, §. frumentum. ff. de verb. sig. Bal. in consil. 247. lib. 3. gl. ac Bart. in l. 1. ff. de aqua plu. arc. Ab. in c. ex multiplici. n. 3. de decim. & ibi addit Zapch, in ver. frumenti.*

## BAPTISMUS.

**P**Rimò, licet tractatus de baptismo est locupletissimus, de quo poteris videre apud Sumistas, *in ver. Baptismus, & Theologos 4. sent. à. dist. 7. & Canonistas, in tit. de baptis. & eius effect. de consecr. dist. 4. & Navar. c. 22. à n. 5.* tamen solùm ea attingam, quæ sunt pro frequentiori praxi.

Secundò, si quis baptizaret mare, & postea reperiret esse fœminam, an sit baptismus, vide *Sot. 4. sent. dist. 1. q. 5. art. 2. juxta fin.*

Tertiò, hodie compates (ut vulgò dicuntur) non possunt esse nisi unus & una ad summum, qui baptizatum de baptismo suscipiant, Conc. Trid. *sess. 24. c. 2. de refor.* non potest esse mutus, nec compater, nec cõmater. *c. parvuli, de conf.*